

Z. 6
930



e
B

I

PI

ex civ
sub

G

ad

ILLV

GO



AN. 241

B. ANDREAE REYHERI

focius præcipuus,
*aetate, & dignitate maior; sed studiis,
& affectu aequalis,*

Zb
930

**B. SIGISMUNDVS
EVENIVS,**

BEATISSIMI

PRINCIPIS, ERNESTI PII,

consiliarius scholasticus,

EX *ἀνεκδότοις* Reyherianis epistolis, & actis palatinis
sub initium operarum scholasticarum repraesentandus
a tribus CLASSIS SELECTAE alumnis veteranis:

quorum *primus,*

GOTTLOB FRIDERICVS SCHETELICH,

NEOKIRCHA VARISCVS,

beati viri studia iuventutis,

alter,

IOANNES SAMVEL SCHAMBERG,

KVHNHUSA BREVURTENSIS,

dignitates, & scripta,

postremus,

IOANNES CASPAR LOEWE,

BVELEBIENSIS,

merita, & fata,

quisque pro captu suo, exponunt:

ad quos memoratis sub finem tabulae hora, locoque

audiendos inuitat

ILLVSTRIS GYMNASII GOTHANI PATRONOS

RECTOR,

GOTHOFREDVS VOCKERODT.

GOTHAE, LITTERIS REYHERIANIS.

*

BIBLIOTHECA
PENICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)





Quo cereales feriae non per otium trans-
 missae; sed, ut in concessio etiam otio minime otiosi
 essent erectioris indolis alumni, continuata sunt ne-
 gotia litteraria, praelectae publice Phaedri fabulae,
 doctri meae recens editus tertius *Gothani historiae
 ecclesiasticae compendii* liber expositus, atque illustra-
 tus recentissimae historiae documentis, quae publice
 actorum ephemerides suppeditarunt, sermone vernacu-
 lo propositis ad quotidianum Latini styli exercitium, nec non monumentis
 ex bibliotheca mea demonstratis, quae illi historiae tractui lucem possent af-
 ferre; idque horis post meridiem, & operas litterarias publicas: quod diei
 spatium, ne vacuum esset, filius meus, natu inter superstites tertius, occupavit
 cum Hebraicorum accentuum ratione sanctioris, & orientalis litteraturae de-
 monstrando apparatus, depromtis codicibus ex domestica non solum supel-
 lectile litteraria; sed vicina etiam maxime reuerendi antistitis palatini, HVH-
 NII, bibliotheca, abundante beata rariorum, & pretiosorum monumentorum
 copia, quae in itinere per Italiam, Galliasque, cum SERENISSIMIS iuuentutis
 PRINCIPIBUS comes, & a sacris esset, ei licuit exquirere: ante publicas au-
 tem operas, post sacra matutina domestica, ad modum D. Ambrosii, CICE-
 RONIS de officiis libri Christianorum officiorum comparatione, ad styli La-
 tini vsum, & perpetuum imitandi exercitium: sine quo Latinitas conualefcere,
 & incorrupti sermonis facultas sperari non potest: sermone vernaculo dicta-
 ta, ut & subinde analysi philosophica sunt illustrati: sub dierum hoc pacto
 feriatorum finem circumspicendum fuit commodum nouarum operarum
 scholasticarum initium. Quod dum ab incepto publicarum tabularum argu-
 mento domestico, continuando Reyherianae vitae curriculo, ac simul illu-
 stranda temporum nostrorum re litteraria, & ecclesiastica, impresentiarum
 petere statueram, merito primo loco inter B. Reyheri socios, ex quibus illum
 noscendum prima tabula sistit, memorandus venit B. SIGISMVNDVS EVE-
 NIVS, beatissimi PRINCIPIS ERNESTI PII *consiliarius scholasticus*, bibli-
 operis, quod ab autore ERNESTINVM, a loco, quo collectum est, VINA-
 RIENSE, quo typis exscibitur, NORIBERGENSE vulgo appellatur, suasor, &
 administer praecipuus. In cuius epistolis, ad B. Reyherum scriptis, idque ductu
 litterarum doctioribus solenni, non protinus intelligibili, dum versor excu-
 tiendis, atque hae, quamvis Reyherianorum *avendotum* volumen aliquod vn-
 decim a beato viro Vinaria Sleusingam missarum exhibeat, vltima saltem eius
 tempora, & rerum domesticarum statum illustrent, nec plenioris notitiae copia
 aliunde facile expectanda est, vnde constare possit, quantum esse oportuerit
 quem tantus PRINCEPS, tam solers, & curiosus ingeniorum aestimator, ac

ad neg
 quibus
 confira
 CEPS
 publicu
 piorum
 cum, i
 tum, i
 lastica
 fire nih
 primur
 erat, q
 porum
 tas non
 gare.
 quam
 memo
 quod d
 ctus tu
 Conz
 missus
 petraff
 Ratisb
 sit per
 non a
 plenio
 dus Ey
 bitrum
 ME R
 filiaru
 cae, si
 MSun
 ra aut
 enda
 RAT
 dum
 quibu
 quae
 puia e
 rentia

ad negotium tantae molis adhibuerit? quibus initiis iuuentutis fuerit vsus, quibus prima aetas exercita studiis, quibus prouectior tentata casibus, & confirmata experimentis ad vsum, & actum rerum, ad quas PIVS PRINCEPS ipsum desiderauerat, delegeratque? cogor omnino confugere ad publicum, & palatinum tabularium, & *avēndō* *ERNESTINORVM* priorum institutorum documenta. Etenim praeter libellum eius *didacticum*, in octaua forma tertia vice Magdeburgi *c10 10c xxxii*. prelo redditum, inscriptum: *METHODI linguarum, artiumque compendiosioris scholasticae demonstratae veritas*: in bibliotheca mea nomine beati viri editum repetere nihil potui protinus. Si quae enim aduersus Iesuitam Contzenium, sub primum *IVBILEVM EVANGELICVM*, quando apud Hallenses scholae rector erat, quod huius ciuitatis annales memorant, latent, propter iniuriam temporum forsitan alio nomine, vel sine autoris mentione edita; temporis breuitas non patiebatur per Bohemiam, & huius temporis acta publica ea inuestigare. Nec eruditorum catalogi post duos veteres Graecos Euenos alium, quam Io. Sigismundum Euenium, *c10 10c xix*. fatis functum exhibent: nec memorati Hallenses annales de nostro *SIGISMVND*o plura habent, quam quod *c10 10c xiii*. ex academia Wittebergensi, ubi ordini philosophico adiunctus tunc fuerat, Halam ad scholam regendam euocatus sit, scriptoris aduersus Contzenium sub *IVBILEVM* spectatus, *c10 10c xxxii*. ad Magdeburgenses dimissus sit, cum senatus huius ciuitatis ita voluisset, & ab Hallensi senatu impetrasset. Quamuis enim, eundem & Halberstadiensium, & Reualiensium, & Ratisbonensium rectorem fuisse, non taceatur; quibus tamen casibus iactatus sit per tot scholarum praefecturas, & loca tanto terrarum interuallo disiuncta, non aperitur. In his ergo notitiae angustiis deprehenso, & pollicito tamen pleniorē viri beati memoriam, quem alibi a me laudatus maxime reuerendus Eyringius, *ERNESTINAE* vitae scriptor solertissimus, tantarum rerum arbitrum, autorem, suaforemque fuisse testatus erat, tempestiue succurrit *SVMME REVERENDVS*, & excellentissimus *ILLVSTRIS PROTOSYNEDRII* consiliarius, *CYPRIVS*, & ex *avēndō* thesauro litterario palatinae bibliothecae, fideliter, & solertissime collecto, & in certa volumina digesto, codicem *MS*um magnae molis communicari mecum beneuole curat; in quo inter plura authentica *ERNESTINAE* pietatis, & prouidentiae singularis in constituenda re scholasticae documenta, B. *EVENII* mentionem habentia, integra acta *RATICIANA*, & agitatae inter Wolfgangum Raticium, & B. Sigismundum Euenium certamina Magdeburgensia leguntur, vnde cognosci potest, quibus dudum pro tuenda recta scholastica doctrina, & iuuentutis disciplina, quae beatissimo *PRINCIPI* vnice cordi, ac *PRINCIPALIS* curae pars praecipua erat, ad hanc rem delectus consiliarius scholasticus a vero, & recto abhorrentium insidiis tentatus, compositis machinis oppugnatus, in actu rerum turbatus,

batus, & ita agitatus sit, vt perpetua vexatio non potuerit non tribuere solerti eius ingenio intellectum, & rerum in scholis recte, & prouidenter ordinandarum modum. Nusquam enim salutaria, & recta instituta vehementius oppugnantur, quam in scholis, & seminariis reipublicae, omniumque vitae humanae generum, ordinumque. Qui ea ex officio debebant tueri, si detestentur ipsi, impediunt, opprimant, & pios infantes, & veri, rectique studiosos pro viribus ludimagistros pessime vexent, vt saepius fieri solet cū applausu multitudinis id facere possunt: quae recta scholarum instituta reformidat vt vincula, & compedes, quibus licentiam naturalem inhiberi sentit; cuius intemperiem dum vix coercent ciuilibus imperii vis, & maiestas, carceres, cruces, ferrum, flamma, quomodo grati, acceptique erunt ludimagistri, qui eam bona fide, & adhibito modo legitimo in pueris oppugnant? Id experiendum erat B. Euenio, dum in fatis erat, vt *PIO ERNESTO* foret administrator, nato ad meliores dandos mores patriae, & detergendam ab *EVANGELICAE* veritatis professione labem, & ab eius hostibus exprobratam licentiae patrocinium; atque vt opportunus *PIO PRINCIPALI*, improbi moris vindici in pueris, & scholis, esset consiliarius scholasticus, in pluribus per varias nationes scholis tentatae rectoris doctrinae, & disciplinae impedimenta *EVM* oportuit cognoscere, & in apparatu rei in scholis recte, & salutariter agenda sentire, quam facile incitata aduersus rectam rationem popularis licentia perfringat religionis, iuris, pudoris, & officii repagula scholastica instituta, consultissime etiam, & prouidentissime introducta? Dum illae corruptelae dominatae sunt in scholis, & carnificum ministeria tolerabilia, & honoratiora iudicata sunt, quant illarum viadices; quae causa pio, & fideli ludimagistro, Michaeli Neandro, fuit de miseria paedagogorum Graeco carmine conquerendi, ne si conflictati viri querelae sermone vulgo intelligibili decantarentur, ipse non satis tutus foret in abditiis Hercyniae syluae recessibus, & *ILEFELDENSIS* coenobii claustris. Fuit tamen, cum tolerabiles non modo; sed & in honore, & pretio essent *scholastici viri*. Qui inter *CANONICOS*, & monachos cum suscepto curandi rem scholasticam munere id nomen, titulumque gesserunt, non ita laborasse leguntur. Quam diu clericae impotentiae robur, & firmamentum erat popularis inscitia, scholastica res excusate neglecta, vel perfunctorie tractata est: ac, qui scholastic appellabantur, non interesse ipsi pueris erudiendis cogebantur; sed has partes mandare vicariis poterant, quibus vellent, qui pro quotacunque collectae ad eam rem pecuniae parte scholas obirent. Rhabanus Maurus a Fuldenfibus alumnis, cum rectorum studiorum autor strenuus nimis videretur male mutatus, & Scotus Erigena sylis discipulorum suorum confossus terroris plerumque exempla erant, vt posteri sine crimine mandatum munus negligere possent viderentur. Atque sicut alia *CAROLI MAGNI* instituta salutaria monastica explodebantur: ita parum curata sunt, quae coenobii a se institutis de re

et

sta puerorum disciplina, & Graecorum litteratura, & sapientia inculcanda tradiderat. Quibus qui similes esse, popularemque sobolem suae licentiae relinquere voluerint; quam non minus amant Germani nostri, quam aliae nationes: si non propter vim instam, qua aliis populis imperare dudum voluerunt, potueruntque, ferociores sunt aduersus disciplinae iugum: tolerabiles fuerunt ciuibus nostris, praesertim si ex veteris aevi superstitione ad mitigandas discantibus, docentibusque scholasticae operae molestias nugarum solennia, Saturnalia, Bacchanalia, Quinquatria, Christianis nominibus, ritibusque palliata, retinuerunt, nec dubitarunt, histrioniam ad honestanda scholarum solennia, tanquam coacta ciuili, & paterna potestate, & tradita sub diaetam publici magistri tenera pubes delinienda esset isto nugarum genere, vt instar Romanorum sub Augusto libertatis obliuiscatur, vel, sicut Sarmatae ciuilioris notae regi, ita magistro parere discant, vel exemplo barbarorum in Africa, qui ad Clenardi circulos se cupidi conferebant, Latinamque discabant linguam, quam ille in mancipiorum mimicorum actibus, gestibusque, Latinis nominibus expressis, docebat, tum demum discerent, si histrionice latuine illis liceat. At vero ex quo vel temporum necessitas, & malorum publicorum sensus nugari in scholis vetuit, & rectoribus studiis, Neandrinisque, vel Trocedorfanis institutis locum fecit vel spectata magistri autoritas, vel inculcata imperantibus de re scholastica iudicia rectoria, vix dici potest, quantis patrociniiis asserantur corruptelae, & quantopere fastidiantur instituta rectoria? vt coniuare interdum videas aduersus eorum autores fenatum, populumque, tanquam Hannibal ad portas sit, & pro aris, & focus sit digladiandum. Prauorum ludimagistrorum mos est, subinde Curios simulare, si bacchanalia vixerunt cum grege obnoxio, & in eisdem Orbiliorum instar saeuire, quos patam mores soluere docuerunt, maxime si exuto pudore refragentur auctoritati magistrae, quam reuereri discantes volunt, & caeca sequi obedientia, vbi prae socordia, & inertia ipsis consulere, & discendi compendia monstrare nec volunt, nec possunt. Qui si vident rectius, & religiosius negotium agi in scholis, nugae omnes, & ludicram licentiam facessere a literariis ludis, ad sacra, & solida studia vias monstrari faciles, & expeditas, nec opus esse, verberibus ad has cogi discentes; sed verba sufficere hortantia, & magistri assiduitatem, studiumque salutis iuuentutis impensum: nouari rem scholasticam illi clamant, & deseri prisca instituta, laxarique disciplinam; nec desistunt a sollicitanda procerum auctoritate aduersus nouatores. Ita eodem illo tempore, quo in re scholastica quidam sapere rectius, & consulere melius coeperunt, NOSTERque Halae eo nomine notesceret, Lipsiae Ioannes Rbenius, doctissimi chronologi, Sethi Caluisti, collega, cum vterque de studiis rectoribus esset serio sollicitus, & hic musicae artis, quam tamen profitebatur, illecebris deliniri, & arceri se a salutaribus iuuentuti commentationibus non pateretur,

vulgataque, & ab eius ingenio, & manu profecta admiranda viderentur exteris; ac inter hos magno litteratori, *Iosepho Scaligero*, cum hoc eruditissimo viro diu explosus a ciuibus, contemptusque iacuit, vt quae ad emendam rem scholasticam, facilioresque Latinae, Graecaeque linguae discendae viae monstrandas scripserat, publice proscriberentur. *Nescio, quomodo factum erat*, scribit Rhenius in epistola, qua Methodum suam *Quingenbergii* fratribus dedicauit, *vt nullus propemodum in toto hoc Electoratu Saxoniae iudimagister, aut alius collega scholae esset, quin sibi sub poena remotionis libros Grammaticos Rhenii interdictos esse existimaret.* Nec Rhenius, nec noster *B. Euenius* dissimulabant, *Wolfgangi Ratichii*, ingenio, & industria ad rectiora instituta scholastica se esse excitatos. Ille certe publicatae Methodi suae tertiam partem *Ratichiana* implere voluit; & noster Euenius, cum *Cothenis* exsulare cogeretur *Ratichius*, *Magdeburgensibus* cum diligentissime commendauit, idque eo nomine, quod multum illius institutis debeat. Cum autem animaduerneret vir sapientissimus, inuidiam nominis *Ratichiani* obesse bonae causae posse, sine mentione inuisi autoris, suo ingenio, & doctrinae praesidiis illustratam *Ratichianam* methodum linguarum, & artium compendiosiores aliquoties publicauit, & a nouitatis suspicione vindicauit auctoritate *Augustini, Lutheri, Melancthonis, Siderocratoris, Michaelis Neandri, Frischlini, Heluici, Io. Rhenii, Andreae Crameri, constitutionis scholae Hallensis.* Quis ergo non credidisset, si contingeret, vt coniunctis animis, studiis, consiliis *Ratichius*, & *Euenius* incumbere possent ad rem scholasticam emendam, & optimis institutis publicatis consentaneae adornandam, fore, vt saltem *Magdeburgensium* rei scholasticae rectius consuleretur, & huius integritatis exemplo alibi hominum de re scholastica emendanda sollicitorum studia prouocarentur ad aemulanda, amplectendaque instituta rectiora. Sed seecus accidit: commendatus ab *Euenio*, tunc *Hallensis* scholae rectore, *Ratichius* omni applausu exceptus, studiisque optimorum virorum, *Andreae Crameri*: qui, quantum fuerit theologus, post exilium a *Magdeburgensibus* in ciuitate imperialis, *Molhusa Thuringica*, editis talis notae descriptionibus ostendit, quos *B. Spenerus* dignas iudicauit, quae denuo publicarentur: nec non *Io. Angelii Werdenhagen*, ciuitatis Secretarii, virique doctissimi: quod ex insigni eius opere de ciuitatibus *Hanseaticis*, aliisque commentationibus de *decem Imperii circulis, & rebus publicis vniuersis* satis patet: adiutus, dum ad rem non accedit, & quae aliis tradidit, quaeque alii cum successu factitauerant, & ad vsum publicorum scholarum vtcunq; accommodauerant, rectioris institutionis praecepta faciat ipse, & accommodat discentium frequentiae, vndecunq; confluenti, & collectae: quod senatus *Magdeburgensis* non prohibuisset; sed cum hoc de certis ephoris ad illam rem constituendis diu paciscitur: pertaesus ille tardati officii, dum scholae rector desit, *Ratichio* neglecto discipulum eius, successibus rei scho-

scholasticae apud Hallenses bene gestae dudum clarum, *NOSTRVM Sigismundum Euenium*, aduocat, atque huic scholam pro ratu, & arbitratu constituentem commendat. Animaduuererat solertissimus rei scholasticae arbiter, *Euenius*, edoctusque satis erat nouem annorum, quibus publicae Hallensium scholae praefuerat, vsu, aliud esse, de re scholastica bene philosophari, aliud rem in schola bene gerere; suumque magistrum *Ratichium* dudum optime de pellenda ex scholis vitiositate, & reuocanda institutione scholastica ad integritatem, & rationem optimam bene esse philosophatum; sed facile fieri posse, si ad scholam sibi mandatam emendam admitteretur, vt confunderet, euerteretque citius, quam conuerteret ad meliora, & rectiora omnia; praesertim si ingenio, & rationibus philosophando perspectis nimis fideret, & in delectu administratorum idoneorum: quia res scholastica non est vnus hominis: nec non discentium, quos ad capienda sua instituta aptos crederet, iisdem pertinaciter inhaereret. Ita fore, facile vidit prudens *Euenius*, vt, antequam *Ratichius* idoneos praeceptores, aptosque suo ingenio, & destinationi discipulos inuenisset, probassetque, cathedrae desertae, & subfella vacua relinquerentur. In Vtopia quaerenda illa est scholarum integritas, in quibus idoneos omnes magistros, & aptos omnes, praestantesque videas discipulos. Nec reipublicae consulunt, nec rebus humanis, qui ita de re scholastica philosophantur, delectumque ingeniorum vrgent, vt a discentium subfelliis remoueri velint vel male moratos, vel tarde progredientes, & discentes difficulter. Ideo plura scholarum curricula sunt, & classes, vt tardius discentes longius discant, & male morati pueri euadant adulescentes meliores. Aptiores imperantibus ciues sunt tardius eruditi, quam rudes, & difficilius bene morati, quam malis suis moribus relictis. Beneficium quidem esse scholastica institutio videtur, quod nemini obtrudendum; nec temere impertiendum indignis. At vero imperantibus beneficium est populum bene moratum, & officii sui consciuum habere: quo beneficio quicumque frui volunt principes, ciuibus disciplinam oportet obtrudere, & multorum capitum belluam, populum, pulcherrimis ornare vinculis, & compedibus: sicut equos indomitos pretiosis frenis, phalerisque ornamus, & coercemus. Quod cum minus attendere videretur bonus *Ratichius*, frustra philosophabatur de summa integritate rei scholasticae, ad coelestium rerum harmoniam, & diuini verbi praescriptum reuocandae; nec recte damnabat *Euenium*, acutus illam rem diiudicantem, & quid ex rei scholasticae vsu sit, expertum: nec religiose officiosam boni viri restitutionem de suis meritis, qua ipsi suffragatus erat ad solandum apud Magdeburgenses exilium, & conciliandum necessarium ipsi secessum post labefactam ipsius *Cothenis* famam, & fortunam interpretabatur, dum quae ille dixerat ad augendam *Ratichii* existimationem, hic detorquebat alieno tempore ad diminuendam *Euenii* auctoritatem, qua huic ad nouum

minus rite sustinendum maxime opus erat: nec exultate viros bonos, quos ad
 huc fauere sibi impensius sentiebat, quorumque fauore, & studiis nouus scholae
 rector ad spartam suam recte ornandam opus habere videbatur, Cramerum, &
 Werdenhagenium intelligo, spectatae pietatis, & magnae autoritatis viros, si non
 sollicitabat in fastiditi amici odium, deserere huic tamen, alterum, Werdenhageni-
 um videlicet, vexare, et exagitare petulantissime patiebatur bonum virum, cum ap-
 plausu munere nouo fungentem, & ideo liuori, & inuidiae telis obnoxium, quae
 vndeconque congeri solent in bonos ludimagistros, laborum scholasticorum suc-
 cessibus florentes: quos odisse saepe solent, qui ex officio illis debebant fauere.
 Patiens interim huius iniuriae *Euenius*, & tanto magis muneris sui partibus explendis inten-
 tus, quo vexabatur acrius, atque hunc sensum, morem, & propositum circumferens per alias
 ciuitates, a quibus opera eius scholastica est experita, Halberstadtium, Renalium, Ratisbo-
 nam, tulit hunc patientiae suae, & constantiae fructum, vt ante finem vitae magni Imperii
PRINCIPIS, ERNESTI III, gratiam facile consequeretur eo tempore, quo frustra eam ini-
 micus, *Ratichius*, expectabat, nec suffragante quamuis pia *PRINCIPE, SOPHIA* Anhaltina,
 comite Schwartzburgica, impetraret. Pergebat *Euenius* in laudatissimo rerum actu, & sicut
 conatu aetate, & patrocinatorum beneficia consumeret. Nullibi *Euenius* in actis publicis
 contrarius eius desideriis fuisse legitur: sed politicorum virorum, *Hortlederii, & Franzkii* iudi-
 cia de *Raticii* animi intemperie ei obtulisse videntur, quo minus *PII ERNESTI* gratia, &
 suffragatione posset potiri. In quam facile labi potuit vir indolis etiam erectae, & sibi con-
 stans, dum extra publicum rerum actum consensit in deliberando, & destinando captum,
 & vsum vulgarem supergressa, quae tam cito exploduntur, quam audiuntur. Quamuis
 eam bono *Raticio* non desissent in Chelensi, Ienensi, & Erfurtenfi academia, qui pie, & acute
 destinata ab ipso diiudicare, & aestimare possent; nec *B. Meyfartus*, Erfurtenfium sa-
 crorum antistes, dubitaret ea succorum, vel bellico, *Ochsensternio* repraesentare, nec per-
 fundiorie commendare: ipse tamen obfuit successibus suorum consiliorum, de quibus nunquam
 desistit desiderare, & efflagitare, quae vulgari hominum captui, & rerum, quas in usu habe-
 mus, actui repugnant. Quem cum respiceret solertissime *Euenius*, efficit feliciter, quae ille
 non male consuluit. Vt eos ferrum, ita virum acuit, Salomone iudice. Hoc pacto *Ra-
 tichius Euenio* profuisse confendus est, qui, quae ille acute excogitauit, prudenter est executus;
 sicut postea alii perfecerunt, quae ille suaserat tentanda, & perficienda, Altenburgerfes vide-
 licet Lutheri scripta ex *Raticiano* praescripto redigendo in ordinem, & Hallenses sacri co-
 dicis Hebraei, quod idem *Ratichius* serio optauerat, conferendo exempla, edendoque BIBLIA
 HEBRAICA emendatissima, & desideratissima. *Euenio* interim nostro, ex *Raticiana* schola
 initio profecto, satis erat Germanicorum Bibliorum operi *ERNESTINO* primam adhibere
 manum, & patriae nostrae piis institutis prodesse, fidemque, & industriam, quamdiu vixit,
 praestare *PIO PRINCIPI*, & quantum in ipso erat, excitare, & accendere bonorum virorum,
 atque inter hos maxime *B. Reyheri* studia paria, vt post fata sua prodesset patriae, & *PIO
 PRINCIPI* possent. Quae insignia viii beati merita dum publice copiosius exponerentur
 a nominatis in fronte tabulae oratoribus, vt, qui scholasticae, rei fauient, ad publicos ser-
 mones audiendos in auditorio classis I. crastino die, hora VII. ante me-
 ridiem frequentes compareant, obseruantissime roganur.

P. P. c10 10cc xxiv. SEPT. xvij.

76 930

108

11



s ad
olae
, &
non
eni-
ap-
uae
luc.
ere.
ten-
illas
bo-
berii
ini-
ina,
icur
omi-
cum
rito
licis
udi-
, &
con-
tum,
nuis
acu-
n fa-
per-
yam
abe-
ille
Ri-
tus;
ide-
co-
LLA
hola
bere
ixit,
um,
PI
enzus


ULB Halle

3

004 063 082







AN. 241

Z 6
930

B. ANDREAE REYHERI

focius præcipuus,
*aetate, & dignitate maior; sed studiis,
& affectu aequalis,*

**B. SIGISMUNDVS
EVENIVS,
BEATISSIMI**

PRINCIPIS, ERNESTI PII,

consiliarius scholasticus,

ἀνεκδότοις Reyherianis epistolis, & actis palatinis
sub initium operarum scholasticarum repraesentandus
a tribus CLASSIS SELECTAE alumniis veteranis:

quorum primus,

GOTTLOB FRIDERICVS SCHETELICH,

NEOKIRCHA VARISCVS,
beati viri studia iuuentutis,

alter,

IOANNES SAMVEL SCHAMBERG,

KVHNHUSA REVRTENSIS,
dignitates, & scripta,

postremus,

IOANNES CASPAR LOEWE,

BVELEBIENSIS,
merita, & fata,

quisque pro captu suo, exponit:

ad quos memoratis sub finem tabulae hora, locoque
audiendos inuitat

ALVSTRIS GYMNASII GOTHANI PATRONOS

RECTOR,

GOTHOFREDVS VOCKERODT.

GOTHAE, LITTERIS RETHERLANIS.

BIBLIOTHECA
PENICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(BALE)

